Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35478
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

est in talibus alteratio et evacuatio. alteratio quidem est
faciens cessare putredinem manente substantia. evacuatio
vero totum ex corpore educens substantiam. Sed dicta quidem species
alterationis dico est quam a quibusdam causis contingit facere
nos scientes in illis si habeamus iam cognitionem ita salu-
brium. Evacuationes vero per fleubotomiam et clistere et
urinam et respirationem per cutem sunt. Amplius vero per
contraria deiectionem tractionem et derivationem ad alia. huius
generis menstrua est movere et emoroydas aperire et
per nares et palatum purgare. Scientes quando et hec ma-
terias quibus in tempore et qualitate et quantitate et modo usque
oblatis evacuatio fit et secundum hanc partem artis invenimus
salubria et scripta est hec inventio in tetrapentiro
negocio. Secundum eundem modum et in aliis tribus discessibus
Unum commune habentes preceptum efficientem unamquamque earum
causam abscindere prius, deinde sic venire ad eam que
facta est ab illa egritudine. salubrium tamen inven-
tionem facturos

Secundum compositas vero discrasias ex simplicibus
compositio ostenditur salubria precepta et hiis habentibus nobis
proportionale magnitudini discrasie ad illam medica-
mine convenientes invenire. Velud si ita accidat. Si determ
quidem nimis sit calidius excedit aliquid ab eo quod est secundum
naturam. Secundum preceptum non siccius esse oportet et salubrem causam